licti atrocitatem Laico imponitur pœna mortis cum aliqua qualitate attroci, ut puta, ignis, ſagittæ, traditionis ad beſtias, membrorum lacerationis, vel hujuſmodi; non alias, niſi in caſibus à jure expreſsis: & Aretinum ſequuntur Bern. Diaz, (j) & Greg. Lupus, (k) qui refert Baldum, & Bern. Diaz aſſerentes, 8. Clericum damnatum pœna perpetui carceris inteſtabilem eſſe *activè*, & *paſsivè*; ſed *hodie*, attenta leg. 4. Tauri, bene poſſe Clericum ſic damnatum teſtari, & inſtitui, firmat Bern. Diaz; (l) Covarruvias tamen (m) contendit, etiam ante prædictam leg. 4. Tauri, &, ea non ſtante, Clericum ſic damnatum teſtari poſſe: alias ſpecies carceris conſtituunt Baldus, (n) & Thom. Cerdan. (o)

Supradictis conſideratis à Judicibus Eccleſiaſticis, carcer imponendus erit Clerico delinquenti, qui, poſtquam in carcere fuerit detruſus, ſi delictum requirat, bona ejus coram Tabellione ex mandato Judicis ab Alguacello erunt confiſcanda, & per inventarium penes aliquem tertium deponenda: quod intelligi debet, prout reſolvimus in dict. Part. 5. 1. Tom. (p) & poſtmodum Judices, ſive *per viam accuſationis* procedant, ſive *per viam denuntiationis*, ſive *inquiſitionis*, aſſumere debent ejus confeſsionem: qua in re obſervandum erit, quod reſolvimus in dict. 5. Part. 1. Tom. (q) & deinde Judices in cauſa procedere debent forma, & ordine, quo reſolvimus in dicta 5. Part. 1. Tom. ſi agatur *per viam inquiſitionis*, ut ibi diximus; (r) ſi verò agatur *per viam denuntiationis*, ut diximus ibi; (ſ) & ſi *per viam accuſationis* procedatur, ut diximus ibi: (t) & proceſſus erit fulminandus utroque caſu eo modo, quo ibi reſolvimus, tàm in libellis neceſſariis concipiendis, quàm in aliis, uſque ad ſententiam torturæ, vel diffinitivam, ad quæ ibi reſoluta recurrendum erit: atque ideo ſupradicta in iſto Tractatu prænotaſſe ſufficiant.

9. Interim tamen Judices Eccleſiaſticos admoneo, quòd maximè curent ſe abſtinere à cenſuris Eccleſiaſticis, tàm in procedendo, quàm in definiendo in his cauſis criminalibus, quando executio realis, vel perſonalis fieri poſsit, alioquin, ſi facile prædictæ executioni locus non eſſet, tunc eis licebit cenſuris Eccleſiaſticis adverſus delinquentes procedere, præcedente ſaltem bina monitione, etiam per edictum, ſi id res poſtulaverit: & ſi hoc ita Judices obſervaverint, ſatisfacient mandato eiſdem injuncto à Concilio Tridentino. (u) Sed ſi reus delinquens abſens, & contumax fuerit, tunc in caſibus, in quibus *de Jure Canonico* contra abſentem procedi poteſt, quorum meminimus in dicta 5. Part. 1. Tom. (x) erit fulminandus proceſſus, prout ſtylus cujuſque Tribunalis obſervaverit, qui ſunt ita diverſi, quòd longum eſſet recenſere uniuſcujuſque ſtylum.

(j) In Pract. Crim. cap. 129.
(k) In leg. 4. tit. 31. Part. 7. in gloſ. 8.
(l) In dict. cap. 129. cum quo tranſit Gregor. Lup. in dict. loco.
(m) In Rubr. de *Teſtament.* 3. part. n. 27.
(n) In leg. *Si captivi*, n. 1. Cod. de *Epiſcop. & Cleric.* & Angel. in Tract. de Malefic. in verb. *Fama publica*, n. 85. & Boſius in Praxi Crim. tit. de Carcere, n. 27.
(o) In Tract. *de la Viſita de Carcel*, cap. 4.
(p) In §. de *Captura delinquentis in fine*, ubi retulimus Bernard. Diaz in Pract. Crimin. cap. 124. agentem, *quando Clerici pœna confiſcationis bonorum puniri poſsint.*
(q) In §. de *Confeſsione delinquentis.*
(r) In cap. de *Modo procedendi per viam idquiſitionis.*
(ſ) In cap. de *Modo procedendi per viam denuntiationis.*
(t) A §. de *Stylo fulmidandi proceſſum per viam accuſationis* cum §§. ſequent.
(u) Seſſ. 25. de Reformat. cap. 3.
(x) §. de *Modo procedendi contra reum abſentem* in princip.

FINIS QUARTÆ PARTIS HUJUS SECUNDI TOMI.

QUINTA PARS HUJUS SECUNDI TOMI.

DE MODO, ET FORMA PROCEDENDI in ſecunda inſtantia apud Tribunalia Eccleſiaſtica.

EX CAPITE UNICO SUMMARIA.

1 Appellatio an Principis reſcripto, vel lege tolli poſsit cum juſta cauſa, vel ſine ea: & an in Principe præſumatur, vel de ea conſtare debeat: & an tunc in aliquo caſu appellari poſsit, traditur.

2 Appellatio interpoſita in caſibus prohibitis à Lege, vel Principe, habet effectum devolutivum tantum, non ſuſpenſivum; ac ideo tunc innovata, & attenta per Judicem à quo, *non revocantur ante omnia per Judicem* ad quem, *licet alias revocari debeant.*

3 Appellatio ab interlocutoria in omnibus inſtantiis, & in utroque Foro ſublata eſt: & ibi explicatur Concilium Tridentinum, & Regula Cancellariæ Pii V. & Gregorii XIII. & etiam, intra quod tempus finiri debeat.

4 Appellatio gradatim eſt interponenda, non omiſſo medio, niſi ad Papam, Nuntium, aut ad Principem, vel ejus Cancellarias: & quid in appellatione interpoſita à Vicario Epiſcopi, & à Prælatis aliis inferioribus ſubjectis Epiſcopis: & quid, quando Prælati habeant juriſdictionem Sæcularem, traditur.

5 Appellatio in Foro Eccleſiaſtico intra decem dies à die intimationis ſententiæ interponi debet: quod tempus, & reliquæ juris dilationes ex juſta cauſa poſſunt à Judice reſtringi, & prorogari.

6 Apoſtoli appellationis ſunt petendi: & intra quod tempus peti debeant; & cujus expenſis ſint dandi, declaratur.

7 Appellans tenetur ſuis expenſis omnia acta proceſſus ad Superiorem deferre; & ſi reus eis uti velit, pro rata ſolvet eas: & intra quod tempus Notarius teneatur acta exhibere appellanti: & qua pœna Judex teneatur, ſi impedierit, ne acta appellanti tradantur: & ibi Concilium Tridentinum explicatur.

8 Appellatio in Foro Eccleſiaſtico coram quo Judice interponi debeat.

9 Libellus appellationis in Foro Eccleſiaſtico Hiſpanè compoſitus.

10 In libello appellationis à diffinitiva cauſæ gravaminis non ſunt exprimenda; ſecus in appellatione ab interlocutoria.

11 Appellatio quando remaneat deſerta, ex eo quod appellans intra terminum non ſe præſentavit coram Superiore, vel non petiit Apoſtolos, vel non fuit proſequutus appellationem.

12 Appellans coram Superiore cum teſtimonio ſuæ appellationis debet ſe præſentare, petens ab eo, ut det ſibi mandatum inhibitionis, citationis, & compulſionis.

13 Superior appellanti coram ſe præſentanti dat ſolummodo mandatum citationis, & compulſionis; inhibitionem differt, donec acta proceſſus ad ſe deducantur, & ex eis videat, an à ſententia diffinitiva fuerit appellatum.

14 Inhibitio contra Judicem à quo *quando, & in quibus caſibus dari debeat à Superiore, traditur, & ibi declaratur Concilium Tridentinum, Seſſ. 13. de Reformat. cap. 3. & Seſſ. 24. de Reformat. cap. 10. & Seſſ. 25. de Reformat. cap. 14. circa non admittendam inhibitionem Superioris contra Inferiorem in cauſis criminalibus.*

15 Libellus gravaminum in Foro Eccleſiaſtico coram Judice appellationis porrigendus, Hiſpanè compoſitus.

16 Revocatio attentatorum in quacunque parte litis ab appellante peti poteſt, licet tutius ſit, quod in ipſo libello gravaminum petatur.

17 Libellus reſponſorius appellati in Foro Eccleſiaſtico Hiſpanè compoſitus.

18 Appellatio ab interlocutoria ex actis proceſſus primæ inſtantiæ, & non ex novis ſecundæ juſtificari debet.

19 Judex ad quem *pronuntians ſe Judicem in cauſa appellationis interpoſitæ ab interlocutoria, retinet etiam cognitionem negotii principalis, & ſuper iſto articulo ante omnia debet proferre ſententiam.*

20 Judex ad quem *prævidens, appellationem ab interlocutoria eſſe injuſtam, debet pronuntiare ſe non eſſe Judicem, remittens negotium ad Inferiorem, & appellantem in expenſis condemnans.*

21 Regula, quod in ſecunda inſtantia non allegata allegabo, & non probata probabo, *qualiter intelligatur.*

22 Sententia interlocutoria, quibus Judex

ad quem *pronuntiat ſe Judicem, vel non Judicem, Hiſpanè compoſitæ.*

23 *Sententia interlocutoria, qua Judex* ad quem *recipit partes ad probandum, Hiſpanè compoſita.*

24 *Sententiæ diffinitivæ, tàm confirmatoria, quàm revocatoria, Hiſpanè compoſitæ: & ibi ſtylus qui obſervatur, quando Judex* ad quem *denegat appellationem.*

CAPUT UNICUM.

PRemiſsis ac repetitis in iſto Tractatu omnibus iis, quæ in 6. Part. 1. Tom. reſolvimus circa remedium appellationis, & ejus definitionem, & quo jure eſſet inventa, & quotuplex, & quos effectus habeat, & intra quod tempus interponi debeat, & in quibus cauſis permiſſa, vel prohibita ſit interponi, & qualiter ſit interponenda: quæ omnia ibi explicuimus in Procœmio cum ſequent. & huic Tractatui conducunt.

1. Nonnulla tamen in præſenti erunt prænotanda: & primum prænotare licet, appellationem Principis Reſcripto, vel Lege tolli poſſe: (a) quod tamen à Principe fieri debet, juſta cauſa interveniente; alioquin Princeps injuſtè faceret: (b) & cauſa juſta deberet conſtare Principi; aliàs peccaret, (c) quinimò apparere deberet, alioquin credendum non eſſet Principi aſſerenti cauſam ſubeſſe: (d) & hinc eſt, quod Princeps ex juſta cauſa tollit appellationem in pluribus caſibus. (e)

Cui veræ, & communi opinioni non obſtat, ſi dicatur, appellationem *de Jure Naturali* eſſe, quatenus eſt defenſio; (f) ſed quæ juris naturalis ſunt à Principe tolli non poſſunt; (g) ergo &c. nam, omiſsis interpretationibus Baldi; & Panormitani, quas optime refutat Pinellus, (h) reſpondendum eſt, quod ſublata appellatione per Legem, vel Principis Reſcriptum, non cenſetur gravato ſublata omnimoda defenſio, cum recurſum habeat ad Superiorem *per viam quærelæ*, ſecundum Gloſſam, (i) & etiam *per viam ſupplicationis*, (j) & etiam *per viam reſtitutionis*; (k) quinimo, tunc gravatus appellare poſſet, ſi manifeſtè gravaretur: nam tunc appellatio non cenſetur ſublata, ut firmat Gloſſa. (l)

2. Bene verum eſt, quod tunc appellatio non haberet effectum ſuſpenſivum, ſed tantum devolutivum, juxta text. in cap. *Paſtoralis*, in princ. de *Appellat.* (m) & idem probat text. in cap. *Paſtoralis*, §. *Præterea*, de *Offic. Deleg.* dum ibi dicitur, quòd, quando proceditur, appellatione remota, non ſuſpenditur juriſdictio Inferioris per appellationem, donec Papa cauſam committat; ergo à principio appellatio habuit effectum devolutivum, & non ſuſpenſivum. Quo fit, quod licet innovata, & intentata per Judicem *à quo* poſt appellationem à ſententia diffinitiva, vel intra tempus à jure conceſſum ad appellandum, revocanda ſint remedio attentatorum per Judicem appellationis, vel per ipſum Judicem *à quo*; (n) tamen attentata per Judicem *à quo* in caſibus, in quibus appellatio non eſt admittenda, vel quando proceditur cum clauſula, *appellatione remota*, ut in Tribunali Scholaſtico Salmantino, & in aliis, quibus hoc privilegium competat, revocanda non ſunt, etſi quis manifeſte gravetur, & cauſæ cognitio ad Superiorem devolvatur per appellationem, quia tunc appellatio non habet effectum ſuſpenſivum, ut ſupra reſolvimus; ac ideo juriſdictio Inferioris non fuit ſuſpenſa. (o) Et ita ex ſupradictis conſtat, quod,

(a) Ut probat text. in leg. 1. §. *Interdum*, ff. *A quib. appell. licet*, & in cap. 1. de *Reſcript.* & in cap. *Paſtoralis*, de *Appellat.* & in cap. *Super quæſtionum*, §. *Si verò*, de *Offic. Deleg.* & in leg. 13. tit. 23. Part. 3. & firmant Panorm. Dec. Felin. & Mant. in Rubr. de *Appell.* & communiter omnes ex Rebuf. in Conſtit. 2. Tom. Tit. de Reſcript. in Pfæfat. n. 161. Covar. in Pract. Quæſt. cap. 23. n. 6. & Pinel. in leg. 2. 1. part. Rubr. cap. 2. n. 21. Cod. de *Reſcind. vendit.*

(b) Secundum Andr. Iſern. & Matth. de Affl. in Conſt. Neap. in Procem. quæſt. 10. quos refert, & ſequitur Covarr. in dict. cap. 23. n. 6. verſ. Septimo illud.

(c) Secundum Covarr. ubi ſupr.

(d) Ex Felin. n. 82. Beroio, n. 182. Dec. n. 28. in cap. *Quæ in Eccleſiarum*, de *Conſtit.* Alciat. in reg. 3. præſumpt. 8. Navar. in cap. *Si quando*, de *Reſcript.* pag. 63. n. 7. & Menoch. in Tract. de Recup. poſſeſ. remed. 15. quæſt. 26. n. 352. quidquid oppoſitum teneat Petr. Dueñ. in reg. 43.

(e) Quorum aliquot congerit Petr. Dueñ. ubi ſupr.

(f) Ut probat text. in cap. *Cum ſpeciali*, §. *Porrò*, de *Appellat.*

(g) Ut in Clem. *Paſtoralis*, §. *Cæterum*, de *Re jud.* & in §. *Sed naturalia*, Inſtit. de *Jur. natur.*

(h) Ubi ſupr.

(i) 1. in cap. *Quærelam*, de *Procur.* & in leg. 6. tit. 18. lib. 4. Recop.

(j) Juxt. text. in leg. unic. Cod. de *Sentent. Præfect. Prat.* & gloſ. in cap. *Ex litteris*, verb. *Supplicavit*, de *Reſtit. ſpol.* & in leg. 1. & 2. cum aliis, tit. 19. lib. 4. Recop.

(k) Secundum gloſ. in cap. *Apoſtolicæ*, verb. *Retractari* 35. quæſt. 9. receptam à Felin. & Rip. n. 35. in cap. 1. de *Reſcript.*

(l) In cap. *Ex conqueſtione*, verb. *Poſt*, de *Reſtit. ſpol.* recepta communiter ex Panorm. ibi, n. 5. & in cap. *Inter cætera*, n. 3. de *Re judic.*

(m) Et ibi notant Imol. n. 5. & Peruſ. n. 6. & communiter omnes, ſecundum Covar. ubi ſupr. n. 7.

(n) Juxta text. in cap. *Non ſolum*, de *Appell.* lib. 6. & ea, quæ reſolvit Covar. in Pract. Quæſt. cap. 23. n. 1.

(o) Ita concludit Covar. in dict. cap. 23. n. 7.

quod, quando per Legem, vel Principis Reſcriptum appellatio tollitur, non cenſetur ſublata omnimoda defenſio; ſed ſolummodo iſte modus defenſionis per appellationem, nam eſſe plura Tribunalia non recipit juſtitiam cauſæ, ſed ſolum quod conſideratur eſt, ut reus plene audiatur, & ei juſtitia fiat, quæ tamen per prædicta remedia fieri poterit. (p)

3. Et hinc eſt, in pluribus caſibus ſublatam eſſe à jure appellationem, ut diximus in dict. 6. Part. 1. Tom. in Procem. num. 19. ubi reſolvimus, inter reliquos præcipuum eſſe, quando ab aliqua ſententia interlocutoria appellaretur, & in utroque Foro Eccleſiaſtico, & Sæculari hoc prohibitum eſſe, nec dum interlocutoriis latis in prima inſtantia ab Ordinariis locorum, verum etiam in latis in ſecunda, & reliquis inſtantiis, pro hac extenſione adducentes Reg. Cancellariæ 36. Pii Summi Pontificis V. & aliam Reg. Cancellariæ 35. Gregorii XIII. Summi Pontific. quam alii adducere ſolent pro contraria opinione, dum illa regula inquit, quod in cauſis in Romana Curia pendentibus, & in futuris, à ſententia interlocutoria appellari non poſsit; ergo per argumentum *ab ſpeciali* videtur contrarium dicendum eſſe, in aliis cauſis pendentibus extra Curiam in ſecunda, & reliquis inſtantiis, ut puta, in inſtantia Archiepiſcopi, Nuntii, & alterius Delegati: quod argumentum eis non ſuffragatur, nam major ratio prohibitionis appellationis ab interlocutoria lata in ſecunda inſtantia Archiepiſcopi, Nuntii, vel Delegati verſatur, quàm prohibitionis appellationis ab interlocutoria lata in ſecunda inſtantia Curiæ Romanæ; nam ſecunda inſtantia Archiepiſcopi, Nuntii, vel Delegati terminari debet intra unum annum, vel ſaltem ex cauſa intra biennium; (q) & ita tempus illius inſtantiæ facilus conſummeretur, in proſecutione harum appellationum ab interlocutoriis, & negotium cauſæ principalis indiffinitum remaneret: cæterum ſecunda inſtantia Curiæ Romanæ nullo tempore finitur, dummodo aliquis actus ibi intra annum factus fuerit. (r)

4. Prænotandum etiam eſt, appellationem *gradatim* interponendam eſſe de minori Judice ad majorem proximum, & immediatum; non verò omiſſo medio ad alium Superiorem diſtantem, & non proximum, ſecundum Speculatorem: (ſ) quæ reſolutio vera eſt, & procedit *de Jure Civili*, & in Foro Sæculari; tamen *de Jure Canonico*, & in Foro Eccleſiaſtico, omiſſo medio, ad Papam appellari poteſt; (t) niſi appellaretur ab Subdelegato Delegati Papæ: quia tunc ad ipſum Delegatum eſt appellandum. (u) Pari modo in Foro Eccleſiaſtico ad Nuntium, & Legatum Papæ, omiſſo medio, appellatur, ſecundum Panormitanum, (x) & ita praxis obſervat: & etiam omiſſo medio in aliis caſibus appellatur, quos congerit Maranta: (y) & quod omiſſo medio ad Papam, & ad ejus Legatum appellari poſsit, reſolvit Covarruvias, (z) qui etiam concludit, quod in hiſce Regnis Hiſpaniarum, omiſſo medio, ad Regem, vel ejus Curiam appellari poſsit, per text. in leg. 18. tit. 23. Part. 3. juxta quam reſolutionem intelligenda ſunt ſuperius adducta.

Quo fit à ſententia Vicarii Generalis Epiſcopi appellandum non eſſe ad ipſum Epiſcopum, quia eſt unum, & æquale Tribunal, ut reſolvimus ſupra, (a) ubi diximus, à ſententia Vicarii Foranei Epiſcopi ad ipſum Epiſcopum appellandum eſſe, quod etiam ad iſtum Tractatum confert. Fit etiam, à Prælatis inferioribus, & eorum Officialibus ſubjectis Epiſcopis ad ipſos Epiſcopos appellandum eſſe, quia ſunt proximi Superiores, non vero ad Archiepiſcopos. (b) Fit inſuper, ab Epiſcopis habentibus civilem, & ſæcularem juriſdictionem appellandum eſſe ad Archiepiſcopos, niſi ex conſuetudine privilegio, ſive jure alio ſpeciali ad alium ſit appellandum, juxta text. in cap. *Romana*, §. *Debet*, per quem text. defenditur lex 8. tit. 3. lib. 1. Recop. dum ſtatuit, ab Epiſcopis habentibus ſæcularem juriſdictionem appellandum eſſe ad ipſum Regem, & ejus Curiam; non verò ad Archiepiſcopos, vel ad alios Judices Superiores Eccleſiaſticos: nam hoc competit Regi Hiſpaniarum jure quodam ſpeciali, ex eo quod, cum temporalis, & civilis poteſtas Regni Hiſpaniarum ſit penes ipſum ſolum Regem, ab

(p) Secundum Pinellum ubi ſupr. n. 22.

(q) Ut in cap. *Cum ſit Romana* in princip. de *Appellat.* & in Clem. *Sicut*, eod. tit.

(r) Ut reſolvimus in 3. Annotat. de *Inſtantia* hujus totius Operis, in verſ. Cæterum, ubi etiam diximus, intra quem terminum hæc inſtantia appellationis terminari debet, quod huic Tractatui multum conducit, & ſupradictæ reſolutioni ſunt addenda à nobis reſoluta in dict. 6. Part. 1. Tomi in Procem. n. 28.

(ſ) In Tit. de Appell. §. Nunc tractemus in princ. & facit lex *Imperatores*, ff. de *Appell.*

(t) Ut probat text. in cap. *Ad Romanam* 2. quæſt. 6. & in cap. *Si duobus*, & in cap. *Solicitudinem*, de *Appell.* & notat Peruſ. in cap. *Dilecti* III. eod. tit.

(u) Juxt. text. in cap. *Si Delegatus*, §. fin. de *Offic. Deleg.* lib. 6. & notat Peruſ. in dict. cap. *Si duobus*, col. pen.

(x) Et Peruſ. in dict. cap. *Dilecti* III.

(y) De Ordin. jud. 6. part. membr. 2. à n. 357.

(z) In Pract. Quæſt. cap. 4. n. 9.

(a) In 2. Tom. hujus Operis in 3. Prælud.

(b) Juxta text. in cap. *Romana*, §. *Ab Archidiacono*, de *Appell.* in 6. quem innovat Concil. Trident. Seſ. 22. de Reformat. cap. 7.

ab eoque in alios derivetur, (*c*) conſequitur, Epiſcopos, & Prælatos Eccleſiaſticos juriſdictionem ſæcularem non aliunde habere, quam ex Regia conceſſione, ſemperque apud ipſum Regem manſiſſe hanc ſupremam juriſdictionem cognoſcendi de appellationibus à judicibus inferioribus interpoſitis, & ita in hiſce Regnis appellandum eſt à Prælatis habentibus ſæcularem juriſdictonem ad ipſum Regem, & ejus Tribunalia Suprema, & non ad Archiepiſcopos, quia *de Jure* hoc Regi competit. (*d*)

5. Prænotandum inſuper eſt, quod in dict. 6. Part. in Procem. num. 14. & 15. reſolvimus, appellationem in Foro Eccleſiaſtico interponendam eſſe *intra decem dies* connumerandos à die intimationis ſententiæ: quod quidem tempus ex *juſta cauſa* à Judice reſtringi poterit, ſecundum Panormitanum; (*e*) quinimo prædictum tempus *ex juſta cauſa* etiam prorogari poterit, ſecundum Felinum; (*f*) cujus opinioni non obſtat text. in cap. *Oblatum*, de *Appellat.* ubi tempus à jure conceſſum ad proſequendam appellationem nequit à Judice prorogari, etiam *ex juſta cauſa*: nam reſpondeo, quod ideo ibi denegatur poteſtas Judici prorogandi illud tempus, quia ſi juſta cauſa prorogandi extitiſſet, jam à lege facta eſt proviſio alterius anni; (*g*) ob idque Judicis proviſio ceſſat: (*h*) & pro hac opinione facit, quod Judex *ex cauſa* omnes dilationes à jure conceſſas, etiam ſine miniſterio Judicis, coarctare, & prorogare poteſt, ut probat Panormitanus; (*i*) etſi Gloſſam (*j*) ſequantur Baldus, (*k*) & Greg. Lupus: (*l*) & eidem conſentit Didac. Perez, (*m*) qui (*n*) hoc ad utramque partem diſputat, & tandem concludit, Judicem non poſſe minuere, vel prorogare dilationes à jure conceſſas ſine miniſterio Judicis; bene tamen conceſſas cum miniſterio Judicis: cujus fundamentis ſatisfieri poteſt, dicendo procedere, niſi juſta cauſa intervenerit, ex qua Judex poſſit breviare, ſeu extendere prædictas dilationes.

6. Prænotandum rurſus eſt, quod in dict. 6. Part. 1. Tom. (*o*) reſolvimus, Apoſtolos petendos eſſe in ipſa appellatione inſtanter, inſtantius, &c. ſufficereque uno actu, & contextu illos petere; quos tamen appellans tenetur petere *intra triginta dies* connumerandos à tempore, quo incipit currere decendium appellationis, quod eſt à die intimationis ſententiæ, ut ſupra reſolvimus: & quod intra prædictum terminum Apoſtoli ſint petendi, probat text. in cap. *Ab eo*, de *Appell.* lib. 6. & in Clem. *Quamvis*, eod. tit. ubi Gloſſa (*p*) tenet, connumerandum eſſe illum terminum à tempore, quo decendium appellationis currere incipit, niſi Judex *à quo* breviorem terminum ad Apoſtolos recipiendos aſſignaverit appellanti, quod facere poterit, juxt. text. in dicta Clem. *Quamvis*, & ibi dicitur, quod ſi intra terminum à Judice præfixum appellans non comparuerit coram Judice, & petierit, Apoſtolos ſibi tradi; appellatio remanebit deſerta: & idem, quando Judex ſtatuerit terminum juris incertum, ſi intra eum appellans non petierit, Apoſtolos à Judice ſibi dari, vel ſi oblatos recipere recuſaverit. Et plura de iſtis Apoſtolis vide apud Speculatorem, (*q*) & Marantam, (*r*) qui (*ſ*) reſolvit, 7. Apoſtolos dandos eſſe expenſis ipſius appellantis, qui etiam *hodie* omnia acta proceſſus geſta coram Inferiori tenetur ſuis expenſis ad Judicem appellationis transferre: & ſi pars appellata comparuerit, cogenda erit pro portione ſua expenſas actorum, quæ translata fuerint, ſolvere, ſi illis uti voluerit, niſi ex loci conſuetudine ſervetur, ut integrum onus ſolvendi expenſas appellanti incumbat. Et Notarius cauſæ copiam prædictorum actorum *congrua mercede* ſi-

(*c*) Ut reſolvimus in 1. Part. 1. Tom. in 1. Temp.
(*d*) Et defenditur ex dict. cap. *Romana*, §. *Debet*, ibi: *Sive jure alio*, cujus deciſionem comprobat Concil. Trid. Seſſ. 22. de Reform. cap. 7. & ita reſolvit Covar. in Pract. Quæſt. cap. 4. n. 2. & Didac. Perez in leg. 5. tit. 4. lib. 1. Ordinam.
(*e*) Et Dec. n. 19. verſ. Potuit in cap. *Cum ſit Romana*, de *Appell.* contra gloſ. ibi, verb. *Reciſius.*
(*f*) Num. 4. in dict. cap. *Cum ſit Romana.*
(*g*) Per text. in dict. cap. *Cum ſit Romana*, & in cap. *Ex ratione*, eod. tit.
(*h*) Arg. text. in leg. fin. Cod. de *Pact. convent.* ut optimè advertit Dec. in dict. cap. *Cum ſit Romana*, n. 21. & Peruſ. in cap. 1. §. *Si quis*, n. 5. de *Except.* lib. 6.
(*i*) Felin. & Dec. n. 13. in dict. cap. *Cum ſit Romana*, & Alex. de *Re judic.* ff. leg. 2. n. 5. poſt Bartol. ibi, n. 4. & idem tenet Ant. de Butrio in dict. cap. *Cum ſit Romana*, n. 12. ubi eam teſtatur communem Auguſt. Beroi. n. 61. quæ communis fundatur per text. in cap. *Induciæ* II. ibi: *Si rerum urgentiſſima* 3. quæſt. 3. & in leg. fin. verſ. *Niſi rerum urgent*, Cod. de *Dilation.*
(*j*) In dict. cap. *Cum ſit Romana*, verb. *Reciſius.*
(*k*) In Auth. *Et qui*, Cod. de *Tempor. appellat.* & Bonifac. in Clem. *Quandiu*, n. 49. de *Appell.*
(*l*) In leg. 22. tit. 23. Part. 3. in gloſ. 5. ubi ſimpliciter tranſiit cum Baldo.
(*m*) In leg. 1. tit. 16. lib. 3. Ordinam. in gloſ. verb. *Cinco dias*, in verſ. Utrum autem.
(*n*) In leg. 1. tit. 3. lib. 3. Ordinam. in gloſ. 5. & in leg. 1. tit. 4. lib. 3. Ordin. in gloſ. verb. *Dà la ley.*
(*o*) In Procem. n. 40. prope finem.
(*p*) Verb. *Tempore.*
(*q*) In Tit. de Apoſtolis.
(*r*) De Ordine judic. 3. part. 6. partis, actu 2. à n. 208.
(*ſ*) In n. 213. poſt gloſ. in dict. Clem. *Quamvis*, verb. *Oblatos.*

ſibi ſoluta, tenetur exhibere intra menſem; alioquin puniendus erit arbitrio Ordinarii: & ſi ipſe Ordinarius particeps fuerit hujus impedimenti, nec acta *integre* appellanti tradantur intra tempus debitum, ad dupli pœnam, quanti ea lis fuerit, tenebitur, ita decretum extat in Concilio Tridentino: (*t*) quod procedit, tàm in cauſis civilibus, quàm in criminalibus, de quibus decretum illud loquitur. Cui non obſtat aliud Decretum ipſius Concilii, (*u*) ubi dicitur, quod in cauſis criminalibus Judex, à quo appellatum fuerit, acta proceſſus teneatur exhibere *gratis* ipſi appellanti, ut illa producat coram Judice appellationis; ergo videtur, quod non debeant transferri, nec exhiberi expenſis ipſius appellantis: nam reſpondeo, quod illud Decretum debet intelligi, ſcilicet, quod Judex ipſe *à quo* nihil debeat poſtulare, & recipere pro illa exhibitione actorum, ſed *gratis* teneatur illa exhibere; cæterum expenſas, quæ factæ fuerint in itinere, & in translatione ad Judicem appellationis, & quæ ipſi Notario cauſæ pro labore, & ſuis exportulis ſolvi debuerint, pars appellans ſolvere debebit: & in hac ſpecie intelligitur text. Concilii Tridentini, (*x*) & ita exiſtimo, componenda eſſe prædicta Decreta Concilii.

8. Prænotandum deinde eſt, quod in dicta 6. Part. 1. Tom. in Procem. num. 53. reſolvimus, appellationem interponendam eſſe coram Judice *à quo*: & eſt intelligendum, quod ſi Judex *à quo* appellationem deneget, nec ei deferat, imò in cauſa procedat innovando, tunc appellans mittit mandatum alicui Procuratori Cancellariæ, ut à Senatoribus Regiis Proviſionem Regiam obtineat, qua præcipiatur Notario cauſæ, quod proceſſum originalem ad prædictam Cancellariam remittat, & Judices Eccleſiaſtici exhortentur, quod excommunicatos abſolvant per ſpatium ſexaginta dierum: & proceſſu ad Cancellariam delato, Audito res, eo viſo, an Eccleſiaſticus vim intulerit appellanti *in non deferendo ejus appellationi*, ſi eis conſtiterit, vim illatam fuiſſe, proferunt ſententiam, qua declarant, *vim illatam fuiſſe, & exhortantur Judicem, quod appellationi deferat*; alioquin, ſi eis conſtiterit, vim illatam non fuiſſe à Judice Eccleſiaſtico, *eidem proceſſum remittunt, ut in cauſa procedat*: quam cognitionem *per viam violentiæ* Auditores Regii habent, per ea quæ reſolvimus in 1. Part. 1. *Tom. II.* Tom. (*y*) ac ideo in fine libelli appellationis ponitur clauſula: *y proteſto el auxilio Real de la fuerza.*

Prænotandum denique erit ad iſtum Tractatum illud, quod reſolvimus in 1. Prælud. hujus 2. Tom. (*z*) Omnibus ſupradictis ita conſtitutis, & conſideratis, erit deveniendum ad formam, & modum procedendi in iſta ſecunda inſtantia appellationis: & in primis libellus appellationis erit concipiendus forma ſequenti.

LIBELLUS APPELLATIONIS.

9. ,, Fulano, ante Vmd. parezco, y di-
,, go: que en la cauſa, que entre mi, y Fula-
,, no ſe ha tratado, y trata, Vmd. diò, y pro-
,, nunciò cierta ſentencia contra mì, y en fa-
,, vor del dicho adverſo, en la qual en efec-
,, to Vmd. mandò tal, y tal coſa, cuyo te-
,, nor habido aqui por repetido, y à él me re-
,, firiendo, hablando con el debido acata-
,, miento, la dicha ſentencia es nula, y do al-
,, guna, injuſta, y muy agraviada, digna de ſer
,, enmendada, y revocada por el Superior:
,, lo primero, por todas las razones de nuli-
,, dad, y agravio, que del proceſſo reſultan,
,, y ſe pueden, y deben colegir, que hè aqui
,, por inſertas: lo otro, por todo lo general,
,, que ſe ſuele decir, y alegar, que hè aqui
,, por expreſſo: y porque la dicha ſentencia
,, no fuè dada à pedimento de parte, ni con-
,, tra parte, en tiempo, y forma, ni yo fuì
,, citado para verla dàr, ni el proceſſo eſtaba
,, en eſtado de ſe ſentenciar, ni ſe guardò el
,, orden del derecho: lo otro, porque yo pro-
,, bè bien, y cumplidamente mi intencion, y
,, demanda, y lo que probar me convenia,
,, para obtener ſentencia en mi favor; y la
,, parte contraria no probò ſus excepciones,
,, y defenſiones: y aſſi, debiendo Vmd. de dàr
,, mi intencion, y demanda por bien probada,
,, y condenar al dicho adverſo, la diò por no
,, probada, y le abſolviò, y diò por libre de
,, ella: lo otro, por tal, y tal razon, por las
,, quales razones, y cada una de ellas, y
,, por las que ante el Superior proteſto de-
,, cir, y alegar, que mas à mi derecho con-
,, vengan, ſintiendome agraviado, *ſalvo jure*
,, *nullitatis*, *y otro debido remedio*, de Vmd. y
,, de la dicha ſentencia, y de todo lo demàs,
,, que en virtud de ella ſe hiciere, y actuá-

 ,, re,

(*t*) Seſſ. 24. de Reform. cap. 20. prope fin. in verſ. *Præterea.*
(*u*) Seſſ. 13. de Reform. cap. 3.
(*x*) In dict. cap. 20. verſ. *Præterea.*
(*y*) In 1. Temp. n. 23. in verſ. Tertio modo dicti Auditores.
(*z*) In verſ. Ex ſupradicta reſolutione, n. 13. & in verſ. Quo fit, Archiepiſcopum, n. 19.

„ re, apelo para ante el Señor Arzobiſpo de
„ Santiago, y para ante ſus Vicarios, y para
„ ante quien, y con derecho pueda, y deba:
„ y pido los Apoſtolos de eſta mi apelacion
„ *ſæpè, ſæpiùs, & ſæpiſsimè, inſtanter, inſ-*
„ *tantius, & inſtantiſsimè*, con todas las inſ-
„ tancias, y afincamientos, que de derecho ſe
„ requieren; y ſi tacita, ò expreſſamente de-
„ negada me fuere eſta apelacion, añadiendo
„ agravio à agravio, y fuerza à fuerza, y ape-
„ lacion à apelacion, *iterum* apelo de la dicha
„ tacita, ò expreſſa denegacion, ſegun, y pa-
„ ra ante quien de ſuſo apelado tengo: y pro-
„ teſto el Real auxilio de la fuerza, ſo cuya
„ proteccion, y ampáro pongo eſta preſente
„ cauſa: y pidolo por teſtimonio.

10. Singulæ clauſulæ prædicti libelli explicantur in dict. 6. Part. 1. Tom. (*a*) præterquam illæ clauſulæ: *lo primero*, uſque ad illam: *lo otro, por tal, y tal razon, incluſivè*: in quibus clauſulis exprimuntur cauſæ gravaminis: nam cauſa gravaminis in appellatione à ſententia diffinitiva exprimi non debet, ſed tantum in appellatione ab interlocutoria ſententia, ut reſolvimus: (*b*) tamen in prædicto libello exprimuntur, non *de neceſsitate*, ſed ut facilius Advocatus, & Procurator appellantis inſtruantur, & intelligant, quid allegare debeant in libello gravaminis coram Superiore.

Non fuit etiam explicata illa clauſula: *Apelo para ante el Señor Arzobiſpo*, quæ procedit ex his, quæ ſupra in iſta Parte reſolvimus; (*c*) nec etiam illa clauſula: *Y para ante quien, y con derecho, &c.* quæ tamen procedit ex reſolutis in dict. 6. Part. 1. Tom. (*d*) nec etiam fuit explicata illa clauſula: *Y pido los Apoſtolos, &c.* quæ tamen procedit ex his, quæ reſolvimus ſupra in iſta Part. (*e*) nec etiam illa clauſula: *Y proteſto el Real auxilio, &c.* quæ procedit ex his, quæ ſupra in iſta Part. diximus. (*f*)

Supradictus libellus appellationis offerri debet coram Judice *à quo*, ut reſolvimus ſupra; (*g*) & ſi Judex *à quo* appellationem denegaverit, agendum erit, quod ibi diximus: ſi verò appellationi detulerit, aſsignans tempus appellanti ad petendos Apoſtolos, & ad ſe præſentandum, & ad proſequendam appellationem coram Superiore, appellans intra dictum terminum à Judice præfixum debet ſe præſentare cum teſtimonio ſuæ appellationis, quem terminum Judex *à quo* præfigere poteſt appellanti, ſive appellationem deneget, ſive concedat, ut diximus in dict. 6. Part. 1. Tom. (*h*)

11. Et ſi intra illum terminum appellans non ſe præſentaverit, appellatio remanebit deſerta; (*i*) nec appellans ſatisfacit, ſi iter arripiat ad Superiorem intra terminum ſibi præfixum, ſecundum Panormitanum: (*j*) ſi verò terminus eſſet præfixus ſolummodo ad proſequendam appellationem, (*k*) ſatisfaceret appellans, ſi intra illum arriperet iter, vel Judices impetraret: (*l*) cæterùm, ſi Judex *à quo* non aſsignaverit appellanti terminum ad petendos Apoſtolos, neque ad ſe præſentandum, neque ad proſequendam appellationem, tunc appellans tenetur intra triginta dies Apoſtolos petere cum requiſitis debitis; alioquin appellatio remaneret deſerta, (*m*) & intra annum, vel *ex cauſa* biennium, tenetur appellationem proſequi, (*n*) alioquin appellatio remaneret deſerta. (*o*)

12. Et receptis Apoſtolis, *id eſt*, teſtimonio appellationis, tunc appellans cum eis ſe præſentat coram Superiori, petens, *ut illud pro præſentato habeat in illo gradu appellationis, & quod ſibi det mandatum inhibitionis contra Judicem inferiorem, & citationis contra partem appellatam, & compulſionis contra Notarium cauſæ*: 13. & tunc Judex, viſo teſtimonio appellationis, concedit ſolummodo mandatum compulſionis, & citationis: & poſtquam proceſſus fuerit ad ſe delatus, viſo proceſſu, ſi appellatio interpoſita fuit à ſententia diffinitiva, viſoque teſtimonio appellationis ritè, & rectè interpoſitæ, concedit appellanti mandatum inhibitionis, quo inhibet Judici inferiori à cauſæ cognitione, niſi in caſibus in quibus appellatio *de jure* prohibita eſſet, etiam à ſententia diffinitiva: nam tunc non poſſet Superior contra Inferiorem inhibitionem dare, donec cognoſce-

(*a*) In Procem. à n. 45. in verſ. Expoſitio libelli appellationis.
(*b*) In dict. 6. Part. in Procem. n. 34. in verſ. Rurſus in appellatione.
(*c*) In verſ. Prænotandum etiam eſt.
(*d*) In Procem. n. 37. in verſ. Similiter ſufficit.
(*e*) In verſ. Prænotandum rurſus eſt.
(*f*) In verſ. Prænotandum deinde eſt.
(*g*) In iſta Parte, in verſ. Prænotandum deinde eſt.
(*h*) Cap. 1. de *Modo procedendi per viam appellationis in Cancellariis*, n. 2.
(*i*) Juxta text. ſic intellectum in cap. *Perſonas*, de *Appell.*
(*j*) In dict. cap. *Perſonas*, n. 8. & Rotam Antiquam 537. & Rotam Novam 155.
(*k*) Ut in cap. *Cum cauſa*, de *Re judic.* & in cap. *Ad hæc* 3. de *Appell.* & in cap. *Ex parte*, de *Reſcript.*
(*l*) Juxta text. in dict. cap. *Cum cauſa*, & communiter omnes, ſecundum Dec. in dict. cap. *Perſonas*, n. 8.
(*m*) Juxta text. in cap. *Ab eo*, de *Appell.* lib. 6. & in Clem. *Quamvis*, eod. tit.
(*n*) Ut in cap. *Cum ſit Romana*, de *Appell.* & in Clem. *Sicut*, eod. tit.
(*o*) Ut in dictis juribus probatur.

cere cœpiſſet de cauſa juſta, vel injuſta appellationis per acta ipſius proceſſus.

14. At verò, ſi jam cognoſcere cœpiſſet, bene poſſet inhibitionem concedere, ne ſententia Inferioris executioni mandaretur: (*p*) vel niſi appellatio à ſententia diffinitiva in cauſa criminali interpoſita eſſet, nam tunc *hodie* Superior inhibitionem concedere non poteſt, niſi prius viſis actis proceſſus primæ inſtantiæ, & ex eis juſtificata cauſa appellationis, juxta Decretum Concilii Tridentini, Seſſ. 13. de *Reformat.* cap. 3. & in hunc ſenſum eſt accipiendus text. ejuſdem Concilii Seſſ. 24. de *Reformat.* cap. 10. & Seſſ. 25. de *Reformat.* cap. 14. ubi dicitur, quod, non obſtante quacumque inhibitione Superioris, ſententia Epiſcopi *ſuper viſitatione*, aut *morum correctione*, aut *concubinatu* executioni mandetur: debent enim jura illa intelligi, quando inhibitio à Superiore data eſſet, abſque eo quod prius appellatio juſtificata eſſet ex actis proceſſus primæ inſtantiæ: & tunc in prædictis caſibus, in quibus inhibitio dari non poteſt, donec viſa fuerint acta proceſſus, & ex eis juſtificata appellatio, Judex ſuperior concedit ſolummodo mandatum compulſorium contra Notarium, quo ei mandat, *quod acta proceſſus appellanti exhibeat, ſoluta ſibi debita mercede*, quod facere tenetur ſub pœna præſcripta in Concilio Tridentino. (*q*) Et inſuper Superior concedit appellanti mandatum citatorium, quo partem appellatam citat, *ad hoc ut coram eo compareat*: & poſtmodum actis proceſſus primæ inſtantiæ delatis ad Superiorem, & per eum viſis, ſi ex eis apparuerit, cauſam juſtificatam eſſe, tunc dat inhibitionem adverſus Inferiorem: & hoc idem obſervandum erit, quando appellatio interpoſita fuit à ſententia interlocutoria in caſibus, in quibus *hodie* ab interlocutoria appellari poteſt: nam Superior tunc inhibitionem dare non poterit, niſi prius viſis actis proceſſus primæ inſtantiæ, & ex eis appellatione juſtificata. (*r*)

Hoc ultimum verum eſſe exiſtimo, quando appellatum eſſet à ſententia interlocutoria continenti gravamen irreparabile per diffinitivam, nam tunc in ea *ſpecialiter, & nominatim* cauſa gravaminis eſt exprimenda: (*ſ*) ac ideo, niſi de tali cauſa ex actis proceſſus prius conſtet, Superior non poterit inhibitionem dare; tamen, ſi appellatio interpoſita eſſet ab interlocutoria habente vim ſententiæ diffinitivæ, tunc Superior poterit ſtatim, non viſis prius actis proceſſus, inhibitionem dare: nam, ſicut in appellatione à diffinitiva, cauſa gravaminis non debet exprimi, (*t*) ita etiam cauſa non eſt exprimenda in interlocutoria habente vim diffinitivæ, per argumentum *ab æquiparatis*: (*u*) quod verum eſt, niſi appellatio in aliquo caſu prohibita eſſet à jure, vel à Principe, quia tunc cauſa deberet exprimi, tàm in appellatione à ſententia diffinitiva, quàm in appellatione ab interlocutoria habente vim diffinitivæ, ſecundum Gloſſam: (*x*) tunc enim niſi appellatio prius juſtificata eſſet ex actis proceſſus, inhibitio non eſſet danda; (*y*) cæterùm, ſi appellatum fuerit ab aliis ſententiis interlocutoriis non habentibus vim diffinitivæ, nec continentibus gravamen irreparabile, Superior non debet inhibitionem dare, ſed tantum citationem, & compulſionem, juxta Decretum Concilii Tridentini. (*z*)

Solent tamen nonnulli Superiores, eo ipſo quod appellans coram eiſdem ſe præſentat cum Apoſtolis, ſi appellans eſt excommunicatus dare mandatum eidem, quo præcipiunt Judici Inferiori, *quod per quindecim dies, vel per aliud certum tempus excommunicatum abſolvat*: ſimiliter idem præcipiunt, quando cauſa criminalis eſt, *& quod Inferior ſuperſedeat executioni ſententiæ per certum tempus*, quod Superiores faciunt, ut interim acta proceſſus ad eos transferantur: & tunc, ſi ex eiſdem conſtiterit, appellationem juſtificatam eſſe, tunc in totum inhibent Inferiori, & conceſſo prædicto mandato citatorio, compulſorio, vel etiam inhibitorio in caſibus, in quibus inhibitio dari poteſt, appellans facit, illud intimari Judici Inferiori, *ne in cauſa procedat*, & parti appellatæ, *ut coram Superiore compareat*, & etiam Notario cauſæ primæ inſtantiæ, *ut acta proceſſus ſibi exhibeat, offerendo eidem debitam mercedem pro ſuis exportulis.*

Et ſi poſt intimationem inhibitionis Inferiori factam (quando ab ejus ſententia diffini-ti-

(*p*) Ut probat text. in cap. *Romana*, §. *Si autem*, de *Appell.* in 6. quod comprobat Concilium Tridentinum, Seſſ. 22. de Reformat. cap. 7. notat Domin. dict. cap. *Romana*, §. *Quod ſi*, n. 4.
(*q*) Seſſ. 24. de Reform. cap. 20. verſ. *Porrò.*
(*r*) Ut probat text. in dict. cap. *Romana*, §. *Quod ſi objiciatur*, quem text. innovat Concilium Tridentinum, Seſ. 22. de Reform. cap. 7.
(*ſ*) Ut probatur in cap. 1. de *Appell.* in 6. juncta Clem. *Appellanti*, eod. tit.
(*t*) Ut in leg. *Scio*, junct. gloſſ. fin. ff. de *Appell.* gloſſ. & communiter omnes in cap. *Cum in Eccleſia*, de *Appell.*
(*u*) Et ita in terminis tenet Peruſ. in cap. 1. n. 6. de *Appellat.* lib. 6. & communiter omnes, ſecundum Dec. in cap. *Pervenit* II. de *Appellat.*
(*x*) In dict. cap. *Romana*, §. *Si autem*, verb. *Mandetur*, communiter receptam ex Dec. in cap. *Ad noſtram*, n. 13. de *Appell.*
(*y*) Juxta text. in dict. cap. *Romana*, §. *Si autem.*
(*z*) Seſſ. 24. de Reform. cap. 20. in verſ. *Neque appellationes ab eiſdem.*

tiva appellatum fuit in aliquo caſu prohibito appellari, vel in cauſa criminali, ut ſupra reſolvimus, vel quando appellatum fuit à ſententia continente gravamen irreparabile) Inferior aliquid innovaverit, & attentaverit, *remedio attentatorum* erunt per Superiorem revocanda; (*a*) illa verò, quæ innovata fuerint per Inferiorem, poſt appellationem à ſententia diffinitiva interpoſitam, caſu quo appellari licet, & etiam ea, quæ intra decendium ad appellandum conceſſum ante interpoſitionem appellationis fuerint innovata, revocanda erunt *per viam attentati*: (*b*) ſi verò Notarius noluerit acta proceſſus exhibere, tunc adverſus eum erit procedendum pœnis in tali caſu præſcriptis à Concilio Tridentino; (*c*) ſed ſi acta proceſſus appellanti exhibeat, illa eidem concedit clauſa, y ſigillata, & cum illis appellans, vel ejus Procurator comparet coram Superiore, offerens acta prædicta, & porrigens libellum gravaminum adverſus ſententiam Inferioris, forma ſequenti.

LIBELLUS GRAVAMINUM.

15. ,, Fulano, en nombre de Fulano, co-
,, mo mas haya lugar de derecho, parezco
,, ante Vmd. en grado de apelacion, agravio,
,, nulidad, ò ſimple querella, ò como mas à
,, mi derecho convenga, alegando de la juſ-
,, ticia de mi parte, digo: que ſiendo por Vmd.
,, viſto el preſente proceſſo, hallarà, que la
,, ſentencia en èl dada, y pronunciada por
,, el Reverendo Proviſor de tal parte Juez *à*
,, *quo* contra el dicho mi parte, y en favor de
,, Fulano parte adverſa, es ninguna, y do
,, alguna, injuſta, y muy agraviada, digna
,, de ſer emendada, y revocada por Vmd. y
,, de ella debe ſer dado por libre el dicho mi
,, parte, declarando, el dicho Inferior haver
,, hecho agravio al dicho mi parte en la dicha
,, ſentencia; y que el dicho mi parte apelò
,, bien, y juſtamente en tiempo, y forma: lo
,, qual aſsi pido, y Vmd. debe hacer por lo
,, ſiguiente: lo primero, por todas las razo-
,, nes de nulidad, y agravio, que del proceſ-
,, ſo ſe deben, y pueden colegir, que hé aqui
,, por expreſſas, y de nuevo ante Vmd. en eſta
,, inſtancia las digo, y alego: lo otro, por-
,, que la dicha ſentencia no fuè dada à pedi-
,, mento de parte, ni contra parte, en tiem-
,, po ni en forma, ni el proceſſo eſtaba en
,, eſtado de ſe poder ſentenciar, ni el dicho
,, mi parte fuè citado para la vèr dàr: lo otro,
,, porque el dicho mi parte probò bien, y
,, cumplidamente ſu intencion con mucho nu-
,, mero de teſtigos fidedignos, mayores de
,, toda excepcion; y la parte contraria no
,, probò coſa, que pudieſſe impedir la juſticia
,, de mi parte: lo otro, por tal, y tal razon,
,, &c. y anſi, debiendo el dicho Inferior ſen-
,, tenciar en favor del dicho mi parte, lo
,, condenò: por lo qual, ſintiendoſe agravia-
,, do de la dicha ſentencia, apelò para ante
,, Vmd. en tiempo, y forma, y en la proſecu-
,, cion de ſu apelacion tiene hechas las dili-
,, gencias neceſſarias, como del proceſſo conſ-
,, ta: por que pido à Vmd. que pronuncian-
,, doſe por Juez de eſta cauſa, declare, el di-
,, dicho Juez inferior haver mal ſentenciado,
,, y la dicha mi parte bien apelado, mandan-
,, do dàr la dicha ſentencia por ninguna, ò
,, à lo menos revocandola, como injuſta y
,, agraviada, ſobre que pido cumplimiento de
,, juſticia, y coſtas, y el oficio de Vmd. im-
,, ploro, &c.

16. Circa ſupradictum libellum erit advertendum, quod ſi Judex inferior aliquid innovavit, (*d*) quod revocari debeat *remedio attentatorum*, tunc, licet in quacunque parte litis revocatio attentatorum ab appellante peti poſſit, ut determinat Rota, (*e*) & prædictam opinionem *de jure* veriorem eſſe, nec ſe unquam de ea vidiſſe controverti, teſtatur Covarruvias; (*f*) tamen tutius, & cautius erit, quod eodem libello gravaminum petatur revocatio ſententiæ principalis latæ, & attentatorum: nec neceſſe erit in ſpecie peti, quod ante omnia revocentur attentata; imo ſatis erit ſimpliciter peti revocationem attentatorum. (*g*)

Quo circa, quando aliquid innovatum fuerit in prædicto libello gravaminum, poſt illam clauſulam, ſcilicet, *tiene hechas las diligencias neceſſarias, como del proceſſo conſta*, adjicienda erit clauſula ſequens: *y ſin embargo de la dicha apelacion, el dicho Inferior innovò en la cauſa, procediendo à executar ſu ſentencia, ò haciendo tal, y tal coſa, deſpues de la apelacion por mi parte interpueſta; y en el tiempo que pudiera apelar, ò deſpues que le fuè notificada la inhibitoria de Vmd. en que le inhibiò, para que no ſe entremetieſſe en el conocimiento de la dicha cauſa, ni innovaſſe coſa alguna en ella: por que pido à Vmd. que reponiendo primero, y ante todas coſas todo lo hecho, innovado, y atentado por el dicho Inferior, Vmd. proceda en la dicha cauſa, y declare la dicha ſententia del dicho Inferior por ninguna, ò à lo menos, como injuſta, la revoque, ſobre que pido juſticia, &c.*

(*a*) Juxta text. in cap. *Non ſolum* in verſ. *Illa vero*, junctis verbis ejuſdem text. ibi: *Exceptis caſibus*, de *Appellat.* in 6. & explicat, & reſolvit Covar. in Pract. Quæſt. cap. 24. à num. 1.

(*b*) Ut probat text. in dict. cap. *Non ſolum* in princ. & explicat, & proſequitur Covar. in Pract. Quæſt. cap. 23. per totum, & Herculanus in Tract. de Attentatis.

(*c*) Seſſ. 24. de Reform. cap. 20. verſ. *Qui Notarius.*

(*d*) Aliquo ex modis, quibus diximus ſupr. in iſta Parte poſt libellum appellationis, in verſ. Supradictus libellus in fin. ibi: *Et ſi poſt intimationem inhibitionis*, &c.

(*e*) In deciſ. 57. & 185. in Novis, quam probant Joan. Andr. Domin. Ancharr. & Peruſ. in dict. cap. *Non ſolum.*

(*f*) In Pract. Quæſt. 23. n. 3. in fin. & Franc. Herculanus in Tract. de Attentatis, cap. 11. n. 21.

(*g*) Ita reſolvunt ſupradicti DD.

Supradictus libellus gravaminum producitur coram Superiore, qui præcipit, *copiam ejus exhiberi appellato, & quod ad primam Audientiam reſpondeat*, in qua comparet appellans, incuſans contumaciam appellato, ex eo quod non reſpondeat, & proceditur, ſicut diximus in 1. Part. hujus 2. Tomi. (*h*) Et quando pars appellata voluerit reſpondere libello gravaminum appellantis, poterit concipere reſponſum forma ſequenti.

LIBELLUS RESPONSORIUS
ex parte appellati.

17. ,, Fulano, en nombre de Fulano, con
,, proteſtacion, que hago, de que por Auto, ò
,, Autos, que ante Vmd. haga no, ſea viſto
,, dárle, ni atribuirle mas, ni mayor juriſ-
,, diccion de la que en tal caſo de derecho à
,, Vmd. compete, y eſſa, no declinable: en
,, reſpueſta de un eſcrito de agravios por par-
,, te de Fulano preſentado, parezco ante Vmd.
,, y digo: que ſiendo por Vmd. viſto el preſen-
,, te proceſſo, hallarà, que Vmd. no es Juez
,, competente, ni lo puede ſer de eſta cauſa,
,, ni de otra coſa tocante à ella, por quanto
,, del Auto por el Reverendo Proviſor Juez *à*
,, *quo* dado, y pronunciado, no ſe pudo ni
,, debiò apelar, conforme à derecho, y à lo
,, nuevamente decretado en el Sacro Concilio
,, de Trento, atento que el dicho Auto, y
,, ſentencia fuè interlocutoria, y tal, que de
,, derecho de èl no huvieſſe lugar apelacion:
,, por lo qual Vmd. ſe debe pronunciar por no
,, Juez de eſta cauſa, exonerandoſe de ella, y
,, remitiendo el conocimiento al dicho Provi-
,, ſor, declarando mal apelado por la parte
,, contraria, y condenandola en coſtas; y caſo
,, no confeſſado, que lo ſuſodicho lugar no
,, haya, Vmd. debe por ſu ſentencia confir-
,, mar la ſentencia dada, y pronunciada por
,, el dicho Reverendo Proviſor en favor de mi
,, parte, y contra el dicho adverſo, declaran-
,, do haver hecho juſticia, y lo que era obli-
,, gado, y el dicho adverſo haver mal apelado:
,, lo qual aſsi pido, y Vmd. debe hacer por lo
,, ſiguiente: lo primero, por todo lo general,
,, que ſe ſuele decir, y alegar, que hè aqui
,, por expreſſo, y por las demàs razones, que
,, de la dicha ſentencia, y proceſſo ſe coligen,
,, y por todo lo que por mi parte fuè dicho,
,, y alegado, y probado ante el Inferior, lo
,, qual en eſta inſtancia reproduzgo: y porque
,, la dicha ſentencia fuè dada conforme à de-
,, recho, atento lo alegado, y probado; y la
,, parte adverſa fuè citada para la vèr dàr: y
,, porque el dicho mi parte probò ſuficiente-
,, mente ſu intencion; y el adverſo no probò
,, coſa, que aprovechar le pudieſſe, y lo que
,, agora de nuevo dice, y alega, yà lo tiene
,, alegado, y articulado en la primera inſtan-
,, cia, y conforme à derecho no hà lugar de
,, lo alegar en eſta ſegunda: por que pido à
,, Vmd. en todo haga ſegun, è como de ſuſo
,, pedido tengo, y en lo neceſſario el oficio de
,, Vmd. imploro, pido juſticia, y las coſtas
,, proteſto, &c.

Iſte libellus offertur coram Judice, & ejus copia datur appellanti, qui, ſi voluerit, replicare poterit, cujus replicationis copia datur appellato, qui duplicare poterit: & cum duobus libellis ab utraque parte productis concluditur per partes, & Judex *pro concluſo habet*, (*i*) 18. & tunc proceſſus defertur ad Judicem: & ſi, viſo proceſſu, Judex invenerit, appellatum fuiſſe à ſententia interlocutoria habente vim diffinitivæ, vel continente gravamen irreparabile per diffinitivam, conſtiteritque, bene appellatum fuiſſe ex primis actis proceſſus primæ inſtantiæ (non verò ex novis, quia appellatio ab interlocutoria non poteſt juſtificari ex novis actis, ſed ſolummodo ex primis) (*j*) & ſi in aliquo caſu (*k*) aliquid probari debeat, Judex appellationis recipit articulum illum ad probationem.

19. Conſtito ex primis actis, vel ex novis (caſu quo locum habent) bene appellatum

(*h*) In cap. 5. de *Libelli oblatione*, prope finem in verſ. Oblato prædicto libello actionis.

(*i*) Ut diximus in dict. 1. Part. hujus 2. Tom. in §. Sententia interlocutoria in medio.

(*j*) Ut probat text. in Clem. *Appellanti*, de *Appell.* & Bart. in leg. *Ejus qui*, n. 8. ff. de *Appell.* & in leg. *Ait Prætor*, n. 4. ff. de *Minor.* & pro regula ponit Socinus in reg. 22. & Petrus Dueñas in reg. 47. quam ibi limitat ſeptem modis.

(*k*) Ex limitatis per Socin. & Dueñas.

tum fuiſſe, tunc Judex profert ſententiam interlocutoriam, *qua pronuntiat, ſe Judicem eſſe illius cauſæ, retinens cognitionem cauſæ principalis*: (n) quam ſententiam ante omnia Judex ſuperior proferre debet, quia ſuper illo gravamine fundatur ſua juriſdictio: (o) quando enim juriſdictio alicujus fundatur in aliqua qualitate, prius de illa conſtare debet, & Judex pronuntiare, ſe Judicem illius cauſæ eſſe, (p) & in prædicta ſententia Judex debet in negotio principali partes ad probationem recipere, quando locus probationi fuerit.

20. Sed ſi ex primis actis proceſſus, vel ex novis (in caſu quo locum habuerint) conſtiterit, male appellatum fuiſſe à prædicta ſententia interlocutoria, gravamenque non fuiſſe illatum ab Inferiori, tunc Judex appellationis proferre debebit ſententiam, *qua cognitionem cauſæ ad Inferiorem remittat, in expenſis condemnando appellantem*; (q) cæterùm ſi Judex invenerit, appellatum fuiſſe à ſententia diffinitiva, & nihil de novo per partes in hac inſtantia allegatum fuiſſe, quod non eſſet jam allegatum, articulatum, & probatum in prima inſtantia coram Inferiori, tunc non recipit partes ad probationem, ſed profert ſententiam diffinitivam: 21. nam licet regula vulgaris ſit, quod *in inſtantia appellationis non allegata allegabo, & non probata probabo*; (r) tamen illa regula vera eſt, & procedit, quando novæ probationes non eſſent ſuper eiſdem articulis, vel directe contrariis; ſed ſuper novis articulis dependentibus à veteribus facientibus ad cauſam: (ſ) ſed ſi Judex invenerit, aliquid fuiſſe de novo allegatum ſuper re petita, & deducta in cauſa principali, vel allegatum in prima inſtantia non fuiſſe articulatum, vel probatum, tunc profert ſententiam interlocutoriam, *qua partes recipit ad probationem*, & utroque caſu ſententia erit formanda modo ſequenti.

SENTENCIA INTERLOCUTORIA,
qua Judex pronuntiat, ſe Judicem.

22. ,, En Salamanca, à tantos dias de tal
,, mes, y de tal año, el Señor Licenciado Fu-
,, lano, Juez Metropolitano del Arzobiſpado
,, de Santiago, haviendo viſto el preſente pro-
,, ceſſo, que en grado de apelacion ante èl
,, havia venido, entre partes, de la una Fula-
,, no apelante, y de la otra Fulano apelado,
,, ſobre tal articulo, dixo: que ſe debia pro-
,, nunciar, y pronunciò por Juez competen-
,, te de eſta cauſa: y procediendo à hacer juſ-
,, ticia en ella, que debia de declarar, y de-
,, clarò, que el Juez *à quo*, que de ella cono-
,, ciò en primera inſtancia, en dàr, y pro-
,, nunciar tal Auto, y ſentencia interlocutoria
,, que diò, y pronunciò, hizo agravio al di-
,, cho Fulano: y aſsi declarò bien apelado por
,, parte del dicho Fulano, y mal ſentenciado,
,, por el dicho Juez Inferior: y que debia re-
,, vocar, y revocò el dicho Auto, y ſenten-
,, cia interlocutoria: en cuya conſequencia
,, dixo: que retenia, y retuvo en sì el conoci-
,, miento de la cauſa principal, y por eſtàr
,, concluſa para prueba, dixo: que recebìa, y,
,, recibiò las partes à la prueba, con termino,
,, y eſpacio de nueve dias, *ſalvo jure imperti-*
,, *nentium, & non admittendorum*, y que ci-
,, taba, y citò à ambas las partes, para que
,, vengan à vèr preſentar, jurar, y conocer
,, los teſtigos, y las eſcrituras, que la una
,, parte preſentáre contra la otra, y la otra
,, contra la otra: aſsi lo pronunciò, y man-
,, dò, y lo firmò de ſu nombre, ſiendo teſ-
,, tigos Fulano, y Fulano.

SENTENCIA INTERLOCUTORIA,
qua Judex pronuntiat, ſe non eſſe Judicem.

,, Viſto eſte proceſſo, que ante Nos pen-
,, de en grado de apelacion, entre partes, de
,, la una Fulano apelante, y de la otra Fulano
,, apelado, &c.

,, *Fallamos*, que nos debemos pronunciar, y
,, pronunciamos por no Juez de eſta cauſa,
,, atento que el Reverendo Proviſor de tal par-
,, te, Juez *à quo*, que de ella conociò en pri-
,, mera inſtancia, en pronunciar, como pro-
,, nunciò tal Auto interlocutorio, no hizo
,, agravio al dicho Fulano, ni èl de èl pudo
,, apelar: y procediendo à hacer juſticia, de-
,, cimos: que debemos de declarar, y decla-
,, ramos bien pronunciado por el dicho Re-
,, ve-

(n) Secundum gloſ. in cap. *Ut debitus honor*, verb. *Alioquin*, de *Appell.* & gloſ. 1. in cap. *Romana*, §. fin. eod. tit. lib. 6.

(o) Ut dict. cap. *Romana*, §. *Si verò*, & §. *Quod ſi objiciatur.*

(p) Juxta text. in cap. *Cum in jure*, de *Offic. Deleg.* & in cap. 1. eod. tit. lib. 6.

(q) Ut probat text. in dict. cap. *Ut debitus*, de *Appellat.* & in cap. 1. eod. tit. lib. 6. in verſ. *Quod ſi appellator.*

(r) Juxta textum in leg. *Per hanc*, & ibi DD. Cod. de *Tempor. appellat.* & in cap. *Fraternitatis*, de *Teſtib.*

(ſ) Ut probat text. in Clem. 2. de *Teſtib.* Bartol. in dict. leg. *Per hanc.* Panorm. & Felin. in dict. cap. *Fraternitatis*, & tradit Petrus Dueñ. in reg. 48. fallent. 1. & Joan. Matienz. in Dialog. Relatoris, 3. part. cap. 46. cum nonnullis ſeqq.

,, verendo Juez *à quo*, y mal apelado por par-
,, te del dicho Fulano: en cuya conſequencia
,, remitimos el conocimiento de eſta cauſa al
,, dicho Reverendo Juez *à quo*, para que pro-
,, ceda en ella conforme à derecho: y mas con-
,, denamos al dicho Fulano en las coſtas de eſta
,, inſtancia, juſtamente hechas, cuya taſſacion
,, en nos reſervamos: aſsi lo pronunciamos,
,, y mandamos por eſta nueſtra ſentencia, juz-
,, gando, &c.

SENTENCIA INTERLOCUTORIA,
qua partes recipiuntur ad probationem.

23. ,, En Salamanca, à tantos dias de tal
,, mes, y de tal año, el Señor Licenciado Fu-
,, lano, Juez Metropolitano del Reverendiſ-
,, ſimo Señor Arzobiſpo de Santiago, havien-
,, do viſto el preſente proceſſo, que en grado
,, de apelacion ante ſu Merced pende entre
,, partes, de la una Fulano apelante, y de la
,, otra Fulano apelado, dixo: que ſe debia de
,, pronunciar, y pronunciò por Juez compe-
,, tente de eſta cauſa, y procediendo en ella à
,, hacer juſticia, que debia de recibir, y recibiò
,, à ambas las partes à la prueba ſobre lo nue-
,, vamente alegado, y lo no probado en la
,, primera inſtancia, con termino y eſpacio
,, de nueve dias, *ſalvo jure impertinentium,*
,, *& non admittendorum*: y mandò citar à
,, ambas las partes para vèr preſentar, jurar,
,, y conocer los teſtigos, y eſcrituras, que la
,, una parte preſentáre contra la otra, y la
,, otra contra la otra: aſsi lo pronunciò, y
,, mandò, y firmò de ſu nombre, ſiendo teſti-
,, gos Fulano, y Fulano.

Deinceps in hac inſtantia procedendum erit forma, & modo, quibus diximus in 1. Part. hujus 2. Tom. (t) Et eſt advertendum, quod etiam in iſta inſtantia poteſt etiam opponi contra Judicem exceptio recuſationis, quæ opponenda erit tempore, modo, & forma, quibus diximus in dict. 1. Part. hujus 2. Tom. (u) & poſtquam deventum fuerit ad concluſionem cauſæ, & ad citationem partium ad audiendam ſententiam diffinitivam, Judex, viſo proceſſu, & attentis, & conſideratis omnibus iis, quæ diximus in 1. Part. 1. Tom. in Tempore 10. profert ſententiam diffinitivam, aut confirmatoriam, vel revocatoriam forma ſequenti.

*** *** ***

SENTENCIA DIFINITIVA
confirmatoria.

24. ,, Viſto eſte proceſſo, que ante Nos
,, pende en grado de apelacion entre partes,
,, de la una Fulano, apelante, y ſu Procura-
,, dor en ſu nombre; y de la otra Fulano, ape-
,, lado, y ſu Procurador, &c.

,, *Fallamos*, atentos los Autos, y meritos
,, de él, que la ſentencia difinitiva en él da-
,, da, y pronunciada por el Reverendo Provi-
,, ſor de tal parte Juez *à quo*, que de eſta
,, cauſa conociò en primera inſtancia, fuè juſ-
,, ta, y conforme à derecho dada, y pronun-
,, ciada, y que la debemos confirmar, y con-
,, firmamos, ſegun y como en ella ſe contie-
,, ne: y remitimos la execucion de ella al di-
,, cho Reverendo Juez *à quo*, para que lleve
,, ſu ſentencia à debida execucion, y efecto:
,, y mas condenamos al dicho Fulano ape-
,, lante, en las coſtas de eſta inſtancia juſta-
,, mente hechas, cuya taſſacion en Nos re-
,, ſervamos: y por eſta nueſtra ſentencia difi-
,, nitiva juzgando, aſsi lo pronunciamos, y
,, mandamos, &c.

SENTENCIA DIFINITIVA
revocatoria.

,, Viſto eſte proceſſo, que ante Nos pen-
,, de en grado de apelacion, entre partes, de
,, la una Fulano, apelante, y de la otra Fula-
,, no, apelado, y ſus Procuradores en ſus nom-
,, bres, &c.

,, *Fallamos*, atento lo nuevamente alega-
,, do, y probado en eſta inſtancia, que èl di-
,, cho Fulano, apelànte, probò bien, y cum-
,, plidamente ſu intencion, y lo que probar
,, le convenia, y por tal bien probada la da-
,, mos, y pronunciamos, en cuya conſequen-
,, cia decimos: que debemos revocar, y re-
,, vocamos la ſentencia difinitiva en eſte pro-
,, ceſſo dada, y pronunciada por el Reveren-
,, do Proviſor de tal parte Juez *à quo*, que de
,, eſta cauſa conociò en primera inſtancia, y
,, que debemos abſolver, y abſolvemos al di-
,, cho Fulano, apelante, de lo contra él pe-
,, dido por parte del dicho Fulano: aſsi lo
,, pronunciamos, y mandamos por eſta nueſ-
,, tra ſentencia difinitivamente juzgando, ſin
,, coſtas, &c.

Unaquæque ex ſupradictis ſententiis intimatur utrique parti, & pars, quæ ſenſerit ſe gra-

(t) In §. Sententia interlocutoria, qua Judex pronuntiat, ſe judicem eſſe, uſque ad finem totius illius partis.

(u) In cap. 6. de *Exceptionibus dilatoriis* in princ. in verſ. Eſt etiam advertendum, &c.

gravatam eſſe, poterit ab ea appellare ad Nuntium, vel Summum Pontificem, vel ad alium Judicem proximum, & immediatum Superiorem (ſi fortè aliquis fuerit) ſi non fuerint tres ſententiæ omnino conformes; alioquin non erit locus appellationi: (x) & appellatio interponenda erit *intra decem dies* à die notificationis, eodem modo, quo in iſta inſtantia diximus: & ſi Judex noluerit appellationi deferre, poterit appellans recurrere ad Cancellariam Regiam *per viam violentiæ*, ſicuti ſupra diximus in iſta præſenti Parte.

Et interim debebit mittere ad impetrandas Litteras, & Breve commiſsionis à Nuntio Hiſpaniæ, cum relatione negotii, ſententiæ, gravaminis, & appellationis, & Litteris commiſsionis impetratis, appellans tunc illas clauſulas coram aliquo Notario præſentat Judici commiſsionis, petenſque ab eo, & requirens, *quod cognitionem cauſæ acceptet, & impleat, quod ſibi in litteris mandatur; & ſuum mandatum inbibitionis contra Judicem* à quo, *& citationis contra partem appellatam, & compulſionis contra Notarium concedat*: qui Judex Delegatus prædictum mandatum concedit cum inſertione Litterarum Apoſtolicarum, vel præcipiendo Notario, *quòd Litteras Apoſtolicas originaliter intimet, & indicet Judici* à quo; vel parti, quæ eas videre voluerit: & prædicto mandato intimato Judici, parti, & Notario, deinde in cauſa proceditur, ſicut in iſta præſenti Parte: cæterùm, ſi à prædicta ſententia non fuerit appellatum, vel jam quod fuit, appellatio remanſerit deſerta, & ſententia tranſacta in rem judicatam, poterit tunc executioni mandari, ſicut diximus ſupra: (y) & idem erit, quando fuerint tres ſententiæ diffinitivæ conformes. (z)

(x) Ut in cap. *Sua nobis*, & ibi Panorm. Dec. & reliqui, de *Appell.*

(y) In 3. Part. hujus 2. Tom.

(z) Juxta text. in Clem. 1. de *Re judic.* & quæ reſolvit Covar. in Pract. Quæſt. cap. 29. &c.

FINIS HUJUS QUINTÆ PARTIS SECUNDI TOMI.

TER-

TERTIUS TOMUS,

IN QUO CONTINETUR BREVE COMPENDIUM ad hodiernum ſtylum de Actionibus, & earum Formulis, & nonnullis aliis remediis extraordinariis.

EX INITIO SUMMARIA.

1 *Studioſe agendum eſt, ut ea, quæ promittuntur, opere compleantur.*

2 *In inſtituendis actionibus qui olim cadebat à ſyllaba, cauſa privabatur.*

3 *Nerviori jure quibuſcumque verbis proponi poteſt actio.*

4 *Per titulum Cod.* de Formulis ſublatis *non cenſetur actio ſublata.*

5 *Sine actione nemo experitur.*

6 *Partem in Judicio ſine actione agentem, abſque alterius partis petitione, ex officio Judex repellere poteſt.*

7 *Neceſſarium non eſt, nomen actionis exprimi, ſed ſolum ſimpliciter factum narrari.*

8 *Si ſententia feratur ſuper libello, in quo factum ita inepte eſt enarratum, ut ex eo actio colligi non poſsit, eſt ipſo jure nulla.*

9 *Si pars non opponat de nullitate ſententiæ, eo quod ineptitudo in libello verſatur, ſententia poteſt executioni mandari.*

Intellectus verus ad leg. 1. §. 1. *ff.* Si menſ. falſ. modum dixer. *traditur.*

10 *In plures ſignificationes accipitur actio.*

11 *Nihil aliud eſt actio, quam jus perſequendi in judicio, quod ſibi debetur.*

12 *Actionum quædam ſunt Nativæ, quædam Dativæ nuncupatur.*

13 *Omnis actio, quæ praexiſtentem materiam, ex qua oriatur, continet, Nativa dicitur.*

14 *Dativa actio eſt ea, quæ ſine materia aliqua ſufficiente, ex æquitate Prætoris conceditur; verius tamen eſt in puncto juris, omnes actiones nativas eſſe.*

15 *Effectus, & differentia aſsignata per Gloſſ. in leg.* Cum precario, *ff.* de Precar. *verus non eſt in puncto juris.*

16 *Quædam actiones ſunt Directæ, quædam Utiles.*

17 *Directæ actiones ſunt illæ, quæ in albo Prætoris deſcriptæ erant, & ex mero juris rigore naſcebantur.*

18 *Utiles actiones illæ appellantur, quæ non ex juris rigore; ſed, æquitate ſuadente, à Prætore concedebatur.*

19 *Idem conſequitur quis per actionem utilem, quod per actionem directam.*

Differentiæ inter utiles, & directas actiones traduntur remiſsivè.

20 *Quam plures actionum diviſiones fuerunt à Juſtiniano traditæ in toto tit.* de Actionib. *Inſtit.*

INITIUM.

SUPERIORI anno proximo elapſo, dum in florentiſsimo Salmanticenſi Gymnaſio publicè, magnoque cum Audientium applauſu, ſummoque meo labore, & exacta diligentia præſcriberem formam, & ordinem judiciorum, pollicitus fui, actionum materiam, & earum libellos ad breve compendium redigere, juxta ſtylum hodiernum.

1. Ideo, præſenti anno MDLXXIV. ut quod ore promiſsi, opere adimpleam, decrevi præſentem Tractatum præſcribere, conſiderans, quantum conducat, quamque neceſſarius ſit negotiis forenſibus: 2. nam, licet antiquæ actionum formulæ, quæ in proponendis actionibus præſcriptæ erant, quæ ita obſervabantur,